etiam es alienum esset communicandum nisi lex illud exciperet prout facit in.d.l.ea demum, in fi. ibi exceptis,&c.&ideo in hoc errant nonnulli moderni qui dicunt ꝙ ibi non est exceptio a regula posita in prin.l. quia appellatione bonorum non venit es alienum:ideo.l.in princ. iubens bona conferri de natura verborum excipit es alienum secundum eos,& versi. exceptis. ponitur expositiue declarando es alienum nō conferri,imo deduci . ego dico totum oppositum ꝙ ibi ponitur exceptiue, quia alias nisi lex excepisset es alienum transiret cum vniuersitate bonorum prolata a lege per d.l. ij.& ibi glo.ff.de bono.posses.tam ex eo quod dicitur es alienum deduci in collatione bonorum. D. Dy. dabat cautelam ꝙ filius promitteret magnā quantitatem quidam amico suo cum quo haberet intelligentiam & postea illam deduceret in collatione bonorum, & sic fraudaret fratres suos. Ita dicit Dy.in.l.ij.§.i. ff. de colla.bono. sed Bart. ibi dicit hoc esse contra conscientiam : ideo non vtaris dicta cautela . & id quod ibi dicitur de ere alieno deducēdo intelligitur si pureo debebatur: si vero sit in diem vel sub conditione non deducitur:sed suus cauebit emancipato vt existente conditione vel die defendat eum a creditore pro parte que peruenit ad ipsum. l. ea que.C.eo.&. l.ij.§. illud.ff. eo. & hoc dicunt doc. procedere in bonis pertinentibus ad filium re. vel spe. vt ex cōtractatu conditionali tali conditio neque retro trahitur: quia tunc censetur retro fuisse in bonis filij in vita patris perfictionem translatiuam. l. potior , &. l. qui balneum. ff. qui po. in pign. habean. secus in

conditione potestatiua implenda a creditore, quia tunc non retro trahitur nec censeretur fuisse in bonis filij viuo patre: sed demũ eo mortuo: ideo non esset conferendum. l. nec emancipati. C. eo. & ista inducunt Pe. Cy. Bal. & alij ad. q. statuti, dicentis ꝙ bona mobilia pertineant ad vnum & immobilia ad alium: & erat consuetudo in patria ꝙ ꝓximior posset retrahere bona vendita. contingit ꝙ post mortem emptoris proximior recuperauit & obtulit preciũ heredibus eius: an istud precium censeatur retro fuisse in bonis defũcti, & sic pertineat ad heredes mobilium. An vero dicatur quesitum post mortẽ ex causa hereditaria, & sic debeat inter heredes diuidi. dicit Cy. fuisse determinatũ ꝙ pertinet ad heredes mobilium tanquam ex causa de preterito censeatur in bonis defuncti fuisse per ꝑdicta. de qua. q. vide per modernos, in. l. ea demũ. ¶ Preterea castrense vel quasi castrense peculiũ non confertur nec datum a patre dignitatis filij nomine, nec id quod debetur: & si adhuc debetur, non onerabitur solus filius qui dignitatem meruit: sed de communi erit soluendum. l. i. §. nec castrense, & §. sed an illud. ff. eo. tit. de hi deo duce diceẽ latius infr. per questiones. Limita tamen premissa vt ꝓcedant in peculio castrensi vel quasi quesito iure militie ipsius filij: secus si ex successione alicuius militis etiam filij sui ad eum peruenisset in vita patris. ff. eo. l. i. §. si is qui bona, vbi vide exemplum: quia tunc illud debet conferri. Actio iniuriarum deducitur quia magis vindicte quam pecunie habet persecutionem: sed actio furti & alie penales actiones est conferenda si competat tempore mor-

tis patris siue in diem siue sub cõditione.ff.eo.l.ij.
.§.emancipatus.Legatum conditionale relictum filio emãcipato cuius conditio extitit post mortem communis patris, ideo tunc cedere videtur legati dies & post mortem videtur acquiri non confertur sicut nec ea que obueniunt emancipato post mortem patris.ff.e.l.ij.§.id quoq;, & de regu. iu.l. qui legata . Et in hoc differunt legata conditionalia a contractu cõditionali vt patet ex predictis. Quarta que debetur filio arrogato in bonis arragatoris sub conditione si eum sine causa emancipauerit aut exhereditauerit si viuit pater adoptiuus qui emãcipauit sine causa prematura est spes collationis quia viuit is de cuius bonis quarta debetur. Si autem decesserit arrogator tempore mortis patris naturalis quartam tenetur conferre hic emancipatus que ad eum peruenit vel debet peruenire de bonis arrogatoris. ff.e.l.i.§. si impubere, ea etiam que aliqñ fuerunt filij emancipati : sed non sunt tempore mortis cõmunis patris non conferuntur nisi dolo diminuerit: si tantum dolo cessauerit acquirere non estimatur hic dolus in collatione.ff.e. l.i.§.penul. Post mortem autem communis patris nedum de dolo: sed etiam de culpa tenetur emancipatus in eo ꝙ minuitur de bonis suis:si vero casu aliquid perierit nõ tenetur.ff.e.l.ij.§.de illis. Quid autem si legatum sit relictum filio emancipato: cum morietur pater,an censeatur quesitum in vita, an post mortem.distingue, aut ipse pater est institutus:& ab eo cum morietur relictum filio emancipato:tunc lex intetpretatur perinde esse acsi post mortem patris relictũ esset ; aut extraneo instituto

cum morietur pater, & tunc tenetur conferre quia censetur ei quesitum patre viuente: viuens enim moritur. ff. eo. l. i. §. si emancipato, & §. si ab ipso, secundum Azo. sed ille intellectus non est bonus ad §. si ab ipso, quia ille tex. loquitur secundũ Bar. quando filius erat in potestate, & ei relictum erat a patre suo herede instituto cum morietur pater: tunc enim intelligitur. i. post mortem vt legatum valeat. alias enim filio in potestate legari non potuisset. Iusti. de lega. §. an seruo.

¶ Collatio fit duobus modis. re ipsa, & cautione. Re per actualem diuisionem bonorum conferendorũ, nec est opus cautione si inter partes conueniat que sint conferenda, sed si fit questio inter liberos dicentes quedam non esse in commune redacta: tunc propter incertum erit cautio interponenda. Item & re dicitur fieri collatio si tm̃ tibi remitto quantum teneor conferre: & idem si nomen debitoris paterni tibi delegauero vel fundum, aut rem aliam dedero pro parte bonorum quã debeo conferre. ff. eo. l. i. §. quamuis. Cautione fit collatio per satisdationem fideiussorum vel dationem pignorum. l. i. §. iubet. ff. eo. & collatio debet fieri per partes viriles: adeo ꝙ ille qui debet conferre semper facit partem aliis. ff. eo. l. i. §. si. & l. pretor. §. Iul. & in tantum fit collatio in quantum succedit. Dicit tamen Azo. in sum. huius ti. circa fi. aut filius solus est heres in potestate existẽtes & nullus extraneus & tunc emancipatus omnia cõfert: si vero extraneus est heres cũ suo: tunc emancipatus non cõfert suo: nisi pro ea parte quam aufert filio suo. ꝑ parte vero extranei nullomodo sibi cõfert, quia & si nihil auferet suo nil sibi confert. l. i. §. pater fi-

lium.ff eo.fit etiam collatio minus accipiendo. C eo.l.ij.&.l.dotis. & quot modis fit collatio dic per Bar.in.l.i.§.pe.ff.de colla.do.& in.d.l. si emancip. in fi.& constante matrimonio fit collatio per filiã minus accipiendo & adde tex.peregrinũ,in.l.cum post.§.i. ff.de admi.tut.¶Postremo videamus que fit pena non cõferentis.est enim pena, quia si non conferat & fuerit interpellatus cũ quodam spatio quo cõferre potuit stipulatio cõmittitur, & quãti ea res erit in tantã pecuniã condẽnabitur.l. si quis .§.fi.ff.de col.bo. Item nolenti conferre re aut cautione denegantur actiones hereditarie: & curator cõstituetur apud quẽ collocabũtur res:& tunc demũ illas recipiet cum bona ꝓpria contulerit: quia & si postea acta penitentia contulerit recipiet ius suũ.ff.eo.l.i.§. si pater,&.§. sed etiã si cui,&.l.non nunquam,& actiones hereditarie in totum denegantur,si quis nullo modo cauerit: sed si duobus debet cauere & non cauet nisi vni, dic aut cessauit cauere per cõtumciã & denegantur ei actiones hereditarie in totũ, aut ꝓpter inopiã non potuit cauere:tunc solũ pro parte illius cui non cauit denegantur ei actiones hereditarie. ff.eo.l.i..§.si cũ duobus.& dic ꝙ ad collationem faciẽdam quis potest cogi iudicis officio.C.eo. si soror.& ibi per omnes doct.&.ff.de col.bo.l.i.in prin.

¶Quero an donatio facta filio existẽti in ptãte debeat cõferri. Et primo quod donatio facta filio ob merita ꝑcedentia nõ cõfertur: quia cẽsetur aduentitia:&hoc tenuit Ia.bu.in aut.ex testõ. C.eo dum tamen merita sint specificata:secus si nõ specificata: sed dictum in genere quod pater dona ob merita: quia tunc sunt incerta re & genere

Sed Bal.in aut.ex testamento,in.ij.collatio tenet contra dicens sufficere quod merita in genere exprimātur:dum tamen postea in specie probentur: quia idem operatur probatum quod specificatum l.si presidi.C.de dona.ante nup.in glo. & ideo nō est necesse merita in specie exprimi secundum eundem,quod tamen limitat Bal. esse verum si merita sint loco cause finalis:quia pater non erat alias facturus: diffinitio enim causa finalis hec est. Causa finalis est qua cessante quis non erat facturus, & in dubio videtur dicere Bal. quod inter personas coniunctas presumitur potius fieri ex naturali affectu quam ob merita.ff.de dona.l.ij.§.si.ff.māda. l.creditor.§.i. est enim latissima presumptio propter naturalem affectum.l. aurelius.§. testamento ff.de libe.lega.quod dictum Bal. est contra glo.cōmuniter approbatam in.l. si dona.C. eo.tit. vbi si merita precedant pater in dubio videtur donare ob merita,& nō ꝓpter naturalem affectum: etiam si non exprimat se donare propter merita : & pro hoc videtur casus quem ibi ponderat Paul. de ca. in.l.si ruffinus.C.de testa.mili.quod tamen limita vt per Pau.de ca.in con.ciij.incipieñ. dñs Vbertus alias in christi nomine : scilicet nisi pater in instrumento dixisset se donare ob merita,& etiam diceret se fecisse propter affectionem sanguinis, tunc enim preualet causa naturalis magis quā accidentalis.ff. de tutel. lege qui habet. ego transeo cum hac limitatione nisi pater esset iurisperitus sciens donationem non valere nisi ob merita: quia tunc ad illa videtur se retulisse vt res potius valeat quam pererat.l.quotiens.ff. de rebus dubi. & vide Alex.

in dicta .l. si donatione,in.ij. col.& Old. in concil. 226.Franc. Are.conc. xxvij. Ludo. Roma. concil. xcv. Alexan. in con. lv. & ista merita debent esse digna munere & non perfectoria.l.illud.ff.de manu vindic. & labor debet esse sicut precium rei.ff. de annu.lega.l. seyo.§. medico . nec est necessaria traditio in tali donatione remuneratoria : quia nulla exigitur confirmatio per mortem: quia censetur aduentitia. Subdit no. Bal. quod merita filij debent esse talia que non tantum patrem flectant: sed etiam quemcunq; alium bonum virum.& depreponderare merita donatis & non esse excessus: saltem vltra dimidiam iuste censure argu.l.ij.C.de rescin.vendi.de hac donatione remuneratoria, vide Imo.in.l. aquilius.ff. de donat.& modernos in aut. vnde si parens.C.de inoffi.testa.Et in.l.frater a fratre.ff.de condi. inde.& ibi Bar. in fi.col.Et in aut.vnde si parens . Sed de donatione simplici an debeat conferri , fuit duellum inter Azo . & suos sequaces ex vna parte, & Io . & suos sequaces ex alio Azo. tenuit simplicem donationem non conferri: quia habet vim relicti.l. illud.§.fi. iuncta.l.a patre.C.eo. nisi in certis casibus Io. contra per.l.si donatione.C.eod. vbi est fortis tex. pro eo.& illi respondet docto. diuinando.Dy.concordat opi.& eius dicta de verbo ad verbum refert . Cy.in aut. ex testamento. communiter doc. presertim Bart. Ange.& moderni sequuntur distinctionem. Dy. aut donatio simplex fit filio in potestate , & tunc regula est quod non confertur.l.filie.C. famil.herci.l. illud.§.fi. C.eo. aut fit filio emancipato ante emancipationem in emancipato vel post: & tunc

hodie semper confertur tam ex testõ quam ab intestato.l.i.arg.a contrario sensu & aut. ex testõ.& l.vt liberis.§.fi.C. eo.ti. ratio primi dicti est. quia donatio facta filio ĩ ptãte sapit naturã relicti. ideo non confertur nisi pater hoc expresserit.l. si qñ.§. & gñaliter. C.de inof. testa.&.l.si non mortis,in prin.ff. de inoff. testa. differt tñ a legato secundũ Bal.quia indiget insinuatione, si excedat summã quingentorũ aureorũ.l. pe.C.de dona. inter vi.& vxo.adde.l.data.C.de dona. Item nõ indiget additione hereditatis, sicut legata.l. eã quã. C.de fideic.l.si nemo.ff.de testa. tutel. nec cõpetunt filio ille tres actiones q̃ dantur legatarijs. l.i.C.con.de lega.& si bona patris dãnati ad mortẽ vel seruitutẽ cõfiscantur nõ cõfiscantur ista donatio simplex. ar.l. res vxoris.C.de donatio.ante nupt.&.l.iij.§. sed vtrum,versi.nec eo.ff.de mino. & quod not.in l.pe.C.qui bono.cede.posses.secundum Bal.quod not.perpetuo, & adde pro hoc text. in lege sed si mors.ff.de donat.inter virum & vxorem.Item ex tali donatione non debetur euictio:nec oritur conditio ex lege si quis argentum. C.de donat. quia in ea requiritur traditio.l.pap.ff.de dona.inter virum & vxorem. Item ex donatione causa mortis facta inter patrem & filium in potestate non oritur condi.ex.l. si quis argentum. C. de donati. licet secus inter extraneos: vt no.in.l.cum pater.§. meuio.ff.de.l.secundo Bal.quem sequitur.D.Alexan.in aut.ex testamento. Donatio vero facta filio emancipato ideo confertur quia statim a principio valet: nec sapit vim relicti, nec peculij naturam quia emancipatus non habet peculium.l.fi.C

eo.inoff.testa.Tñ in hoc reperio quod Nico.de ma te. in.l.vt liberis.C.eo. & Oldr.limitant hanc conclusionem procedere in donatione facta filio tempore emancipationis: quia talis donatio fit ob causam,scilicet quia filius patitur se emancipari, & ex hoc fit alienus: saltem quoad continuationem dominij.Item non pōt ita impugnare testam.patris: sicut existens in ptāte,& hoc primū videtur recipére ꝓ sua legitima ideo cōfert.l.pe. C.eo.si vero esset simplex & mera donatio non facta obtentu emancipationis, tunc non confert nisi in duobus casibus.d.l.illud.§.pe.nec obstat huic vlt. aut.ex testamento,quia secundum eū debet intelligi de datis ob causam,& hanc partem tenuit Oldr.in aut. ex testō. In dubio vero dicūt ꝙ si ista donatio fiat tempore emācipationis censetur facta ob primum emācipationis passiue,secus si ex īteruallo: ex quī infero secundū hanc opi. ꝙ emācipatus non confert simplicē donationem,nisi vt suus preterquam qñ est facta tēpore emācipationis, sed hoc videtur cont.casum.l.vt liberis.§.fi. ibi vel post emancipationē,&c. sed Ol.ad illū tex.rñdet ꝙ procedit dūmodo donetur in primū emācipationis, vt finis.l. correspōdeat principio: sed ita restringere illū tex. est diuinare.Et ideo Dy.Cy.Bar. & Bal.in.d.aut. ex testō.tenent ꝙ emācipatus cōfert simplicē donationē qñcunqꝫ factā, & ꝓ hoc est casus.in.l.i.C. eo.a cōtrario sensu. ibi em̄ emācipatus nō confert donata a patre:quia testm̄ erat conditū a patre: ergo a cōtrario ab intestato cōfert, & per aut. ex testō.cōfert etiā ex testō ad idē.l.vt libe.q̄ īdistincte loquitur:& ista opi.est cōis & quā tenēt quasi oēs.

Limita tamen com. opi. que habet filium in potestate non conferre donationem simplicem vt procedat nisi emancipatus sibi conferat illã: quia tunc vt seruetur equalitas etiam filius in potestate tenetur eam conferre secundum Fulgo. & Paul. de ca.in.l.illud.§.fi. C.eo. quod sequitur ibi Alex. & est equum licet posset teneri contra: quia nulla.l. hoc cauetur, & in hac materia non licet fine. l. loqui.l.illam.C.eo. Secũdo limita in donatione simplici que fit a rege filio suo que statim valet ab initio secundum Bal. in.§.item sacramenta de pa.iura.fir.ita tenent Romª.&.d.Alex. in aut.ex testamento.sed in cõtrarium videtur: quia nulla.l.hoc cauetur:imo in contrarium videtur casus in.l.cum nulla.C. de bo. que libe . vbi talis donatio habet vim castrensis peculij quod non confertur.l. fi.C. eo.iuncta.l. pe. & quod ibi Bar. C. de do.inter virum &vxo.vbi probatur ꝙ si pater rex donat filio suo: talis donatio habet vim legis: tamen ibi non dicitur ꝙ sit castrẽse peculium nec in. l. cum multa quia ibi loquitur quãdo rex donat extraneo non filio suo : & vide Bart. in.l.i.§.nec castrense,in pe. col.ff.de colla.bo.

II.

¶ QVERO quid in donatione simplici facta a matre,vel alio ascendente per lineam maternam filio aut nepoti,doct.dicunt nõ conferri: nisi in duobus casibus positis, in.l. illud.§.fi. & in hoc differunt ab emancipatis, quia emancipati semper conferunt simplicem donationem: sed isti non nisi in casibus, & Bal. in aut. ex testamento,in versic. tertium capitulum asignat rationem differentie:

quia isti nepotes qui nunquam fuerunt in ptãte ascendentium per lineam maternam magis participant de natura extraneorum qui sunt a collatione remoti quam emancipatus in remanent reliquie receden͡.potestatis.ff.de lib. & posthu.l.filio quem pater. ista ratio non est vera, quia imo quoad collationem donationis simplicis illi qui nunquam fuerunt in potestate ascenden͡. magis participant de natura suorum quam extraneorum, quia conferunt simplicem donationem in illis casibus, in quibus sui, & si illa ratio esset vera ꝙ propter reliquias patrie potestatis emãcipatus debeat conferre:sequitur ꝙ debet conferre sicut suus, & non sicut emancipatus: ideo non concludit ratio Bal. ideo puto veram rationem esse: quia olim omnia conferebat emancipatus suo vndecunq; procederent.ff. eo. l.i. in prin. sed hodie non confert nisi profectitia secundum coẽm opi.ideo satis fuit statuere ꝙ hodie conferat profectitia omni casu:quia facit iniuriam suo succedendo,vt predictum est.

III.

¶ QVERO quid de rebus simpliciter traditis filio in potestate an presumantur donate donatione simplici vel in peculium dicit Bal. ꝙ presumuntur concesse in peculium. ar. l. iij. C. ne vxor pro ma. idem si pater dixit dono in peculium. l.si donatione.C.eo.sed tunc istud est expressa voluntate: non ex iuris,presumptione. de hoc dic vt per doct.in.d.l.si donatione.

IIII.

¶ QVERO quid de rebus emptis a patre nomine filij in potestate & traditis filio an videa-

tur donare, dic aut sunt res quas pater ex necessitate nature tenetur emere vt vestimenta non intelligitur donare: quia in necessitatibus &c.l.rem legatã.ff.de adi.leg.aut ex mera liberalitate,vt quia emit fundum vt alias res,& tũc videtur donare donatione simplici que indiget mortis confirmatione.C.fami.hercis.l. filie. secundum Bal. in aut.ex testamento. ex quo not. ꝙ sicut donatio simplex debet conferri quãdo emergit in equalitas.l. illud. §.fi.infr.eo. ita & tales res empte nomine filij debent conferre vt seruetur equalitas, de quo vide late Alex.in.l.si donatione.C.eo.

V.

¶ QVERO de libris emptis per patrem nomine filij Bar.in.l.i.§.nec castrense.ff. eo.& in.l.filie.C.de colla.vbi Cy. ponit.q. in terminis,& Nico.de mate.in.l.si donatione. C.eo. distinguit inter filium scolarem,vt tunc si libri sint sibi traditi patre iudicetur sicut de alia simplici donatiõe que morte confirmatur si non sunt traditi: tunc donatio non confirmatur,quia non est aliquo iure munita. Si vero filius erat iam doctor vel aduocatus, tunc si pater emit nomine filij & tradidit vel non: sed dixit se donare tunc statim perficitur donatio, nec debet conferri tanquam quasi castrense,vt no. in.d.l.filie, per Cy.&.l. que pater.ff. famil.hercis. &.l.i.C.de re mili.li.xij. & ista in effectu sunt verba Nico. de mate. in.d.l. si donatione. Sed Bal.in aut.ex testamento,versi.quintum capitulum. videtur limitare primum dictum, vt procedat nisi pater emerit ex necessitate,vt quia filius non habeat vnde emeret, tunc enim non videtur donare,secus

si filius haberet prebendam vel alia bona ex quibus emere posset, quia tunc pater videtur donare, nisi ex numero liberorum aliud presumatur secundum Bal. & in hac opinione, in effectu residet Ange. in l. filie, licet. C. eo. Tamen doct. communiter transeunt simpliciter, cũ opi. Bar. in § nec castrense, vt patet per do. Alexan. in l. si donatio. C. eo. & ratio Bal. si pater emit ex necessitate facit in contrarium, vt pater pietate ductus donasse videatur, ar. l. lib. captus, de capti. & hoc tenet Bart. in d. § nec castrense, in. iiij. col. versi. quero hic loquitur Dicit tamen do. Alex. ibi quam licet Bart. in d. § nec castrense, teneat ꝙ si pater emit libros nomine filij & illos non tradidit filio: tunc libri non erunt precipui ipsi filio in diuisione bonorũ: tamen ipse tenet oppositum ꝙ erunt precipui filij succedentis cum fratribus adeo ꝙ sibi competet actio famil. hercis. per tex. in l. filie. secundum vnum intellectum. C. famil. hercis. vbi nulla fit mentio de traditione, & facit. l. que pater. ff. famil. hercis. & intellige, vt per Bar. in l. fi. ff. de peti. heredi. & do. Alex. in l. in quartam in. xi. coll. ff. ad l. falci. & in concilio mihi. cxlv. & cum opi. Bar. transit Are. in l. filie licet in fi. C. eo. & Bal. & Are. in l. si donatione. C. eo. & vide glo. & doct. in l. filie cuius. C. famil. hercis. & do. Alex. in conci. cxlv. & quod tempus debet attendi in estimandis libris filij: dic ꝙ mortis patris secundum d. Alex. & Ludo. ro. in l. illud. C. eo. adeo ꝙ si valor librorum sit auctus sine filij industria tale augmentũ ꝓdest fratribus secundũ d. Io. ba. i. d. l. illud. Nec castrẽse add. licet Bar. in § nec castrẽ. dicat patrẽ nõ cogi admittendũ filiũ ad

ſtudium: tamen in contrarium eſt tex. in.l.de bonis.§.non tantum.ff. ad carbonia.

VI.

¶ QVID ſi pater mutuat pecunias nomine filij exiſtentis in poteſtate, vel deponit nomine filij.dicit Bal.in auten. ex teſtamento,verſi. ſextum capitulum,ꝙ filio queritur actio contra debitorem & iſta acquiſitio loco traditionis habetur:& ſi pater videatur donaſſe filio talis donatio morte confirmatur:ideo non confertur.In dubio tñ ſecundũ Bal. videtur potius conceſsiſſe in peculium quam donaſſe:vt ipſe idem tenuit in.d.aut.ex teſtamento,in verſic.quartum capitulum. ego dico contrarium ꝙ imo preſumatur donaſſe potius quam in peculium conceſsiſſe : quia iſta actio non queritur filio niſi mortuo patre cum ſit ex cauſa profectitia & poſt mortem patris non poteſt dici peculium ſoluta patria poteſtate.l.fi.C.de inoffi. teſtament. nec obſtat quod dicit Bal. in dicto verſi. quartum capitulum: quia procedunt vbi pater tradidit vere ipſi filio res aliquas quo caſu cũ filius habeat adminiſtrationem, poteſt preſumi conceſſum in peculium.l.ſi donatione. C.eo.ti. Sed in caſu noſtro ſecus cum pecunia ſit penes depoſitarium:ideo videtur donaſſe cũ alia preſumptio cadere non poſſit.l.cauſa panus.ff.de operis libe.& no.in.l.iij.ff.ſi certum peta.facit quod dicam in ſequen.q.

VII.

¶ QVERO quid in filio emancipato vel alijs qui non ſunt in poteſtate, vt nepotes ex filia vel ex filio emancipato deſcendentes ſi pater eis tradit vel eorum nomine mutuat vel deponit pe-

cunias. dic ꝙ est idem ꝙ in suis quoad presumendam donationem.ff.de do.l.ad eum.§.auia. & conferunt emancipati ista profectitia, vt supr.dictum est.nepotes vero ex filia non nisi in casibus.l.illud.§.fi.C.eo.ti. sed in istis donatio statim confirmatur.C.de inoffi.dona.l. ij. nec potest presumi concessio facta in peculium cum non sint in potestate l.si donatione, & ibi not.C.eo.& in hoc differunt ab hijs qui in potestate existunt: quia in illis donatio indiget confirmatione mortis vel emancipationis:& potest presumi concessio facta in peculium in dubio vt communiter concludunt docto. in dicta.l.si donatione.

VIII.

¶ QVERO filius in vita patris recepit fructus bonorum paternorum vel ipsius filij aduentitiorum an teneatur dictos fructus conferre.dic ꝙ fructus percepti ex bonis patris debent diuidi inter filios post mortem patris.l.certum.C.fami.hercis.sed fructus bonorum aduentitiorum percepti a filio patre permittente, non sunt eo mortuo conferendi nec diuidendi:imo precipui permanent penes filium.l.cum oportet.§.fin autem res.C.de bo. que libe.secundum Bal. si autem patre inscito vel inuito filius percepit istos fructus debent inter fratres diuidi tanquam hereditarij, & sic debet intelligi glo.i.l.dotem.de cast. pecu. Aduerte quia hoc pendet ex intellectu illius.§.fin autem res. hoc est an donatio tenuerit ab initio inter patrem & filiū respectu fructuum bonorū aduentitiorum an indigeat mortis confirmatione: super quo glo. ibi variauit. tamen communiter tenetur ibi per doct.

ꝙ valuit ab ipſo initio tanquam diurnum:hoc eſt dicere ꝙ pater videtur illud donare filio per ſingulos dies locum alimentorum.arg.l. ex anno. ff. de dona.inter vi. & vxo.& vi dicunt ſui Bal. & Ange. late iſta videtur potius remiſsio ſeu refutatio fructuũ quam vera donatio : ideo ab initio valuit nec indiget mortis confirmatione ſecundum doct. ibi.Et iſta faciũt ad no. per doct.in.l.fi.C.eo. vtrũ filius emancipatus teneatur hodie conferre fructus bonorum ſuorum quos patri acquiſiuiſſet ſi in eius poteſtate manſiſſet: & ibi do. Alexan.poſt Ray.de forli.tenet ꝙ ſic hoc idem tenuit Bar.in.l. pater, in pe.col.verſic. ſi querimus de iure hodierno.ff.de col.do.ſed predicta faciunt in oppoſitum, quia lege permittente filius emancipatus ſtatim eſt dominus illorum fructum:ergo non debet conferre ſicut nec filiusfamilias qui illos precipit patre diſsimulãte: mitius enim agitur cum.l. quam cum homine.l.celſus. ff. de arbi. Cogita tamen. tamen quia pro opi. Ray.& do.Alexan.facit.l.filius .§.fi. in ratione ſui.ff.de colla.do.vbi eadem ratione filiusfa . cogit emancipatum ad collationem fructuum qua ipſe emancipatus percipit fructus profectitiorum collatorum a filio exñti in poteſtata.

IX.

¶ QVERO filius lucratus eſt vſuras cũ pecunia patris vt Auinione vel in monte peſſulano vbi talia turpiſsime & a parte exercentur: an talia lucra debeant conferri inter fratres : dic ꝙ ſi filius nomine ſuo exercet fenus : tale lucrum turpe non querit patri,etiam ſi ſit in poteſtate.ff. de acqui.re. do.l.quod ſeruus,& no.in.l.i.ff. de hijs qui ſui vel

ali.iu. sunt, & ideo non tenetur conferre per regulam.l. cum duobus.§.idem pap. ff. pro socio. alias incipit.l.si inter fratres. Si aũt exercet vsuras noĩe patris, tunc acquirit patri:non iure filiationis, sed tanquam gestor.l. qui proprio.§.item queritur. ff. de proc.i. secundũ Bal.quod non placet,quia filius non confert ea q̃ sunt aliis debita.l.ea demũ, vers. exceptis.C.eo. sed istas vsuras illicitas tenetur restituere,vt patet in ti.de vsu.in antiq.&in de.i.eo. ti.ergo non veniunt conferende: imo deducende tanquam es alienũ. Et idem credo de lucris factis per filium ad azardum cũ pecunia paterna:quia talia non conferũtur:imo tanquam turpia lucra possunt a fisco vendicari si non apparet cui debet fieri restitutio. ff.de iure fisci.l.lucius.

X.

¶ QVERO filius exñs in potestate lucratus est multa & nescitur si ex pecunia patris vel ex labore aut prospera fortuna an teneatur illud conferre.glo.in sti. per quas perso.no.acq.in prin.& in l.cũ oportet, in prin. C.de bo.que libe.& ibi Bar. & Bal.& Ange.dicunt recurrendum esse ad coniecturas quidam quantum habebat pater:& qualis sit filius,& an mater sit locuples, & an filius exercet negocia principis ex quibus posit locupletari, vt not.in.l. defensionis facultas. C.de iu. fisci, vel forte si haberet vxorem locupletem & secundum has coniectura. iudicatur ꝓfectiuũ vel aduentitiũ, sicut in simili dicimus de cle. bñfi. in aut. licentiã. C de epis & cle. In dubio his qui petit tenetur ꝓbare lucrũ ꝓcessisse ex bonis patris: & intellige ꝙ hoc ꝓbabit ex cõiecturis & ꝓ̃sũptionibus cõsideratis ꝑmissis,& ista multũ pẽdet ex arbit. boni viri.

In hĳs enim que clare probari non valent sufficit probatio per coniecturas.c.afferte.de presum.l.domini horreorum.ff. loca simile videmus in dona. inter vi.& vxo.ff.de dona.inter vi.&vxo.l. quintus &.l.vtrũ,& secundũ has coniecturas tale lucrum censetur ꝓfectitiũ & tenetur conferre, vel aduentitium &non confertur.de quo latius infr.dicetur.

XI.

¶ QVERO sponsus dedit sponse sue anulos & perlas, & preciosa vestimenta: demum moritur sponsus filia redĳt ad domum patris cum istis ornamentis,moritur deinde pater filia vult succedere cum fratribus: an teneatur conferre talia ornamenta. Dicit Nico.de ma. & Bal.in.l. cum inte.C. de dona.ante nup.ꝙ non:quia aut talia ornamenta sunt donata sponse, & hoc constat & tunc non confert:quia sunt aduentitia, aut nõ sunt donata: & tunc etiam non confert: quia tenetur reddere heredibus viri.ff.de pecu.l. id vestimentum,& ibi no. per Bart. & Pau. de castr.in.l. pe.§.infr. ff. soc. ma. hoc idem tenet Bal. in.d.aut. ex testamento, de quo vide late per do.Alexan.in.l.si vsusfructus .§.i. ff.ad.l. falcid. Limita predicta nisi appareret ꝙ sponsus dedisset sponse contemplatione soceri.i. patris sponse: tunc enim censeretur profectitiũ,& deberet conferri.l.sed. si plures.§.in arrogato.ff.de vulg.& pupill.& add.Bar. in.l.1.§.nec castrense.ff. de colla.bo. vers. vlterius quero, vbi Bar. ponit.q. quando socer dat nurui vestes & localia pro filio suo an talia debeant reponi in communi: & dicit ꝙ sic si erant preciosa: tamen debent poni in communi talia qualia sunt tempore mortis.l. id vesti-

mentum.ff.de peculio, &.l.mortis sue causa.§.fi.ff. de dona.inter vi.& vxo.ex quorum dictis, & Bal. in aut.ex testamento dic ꝙ iocalia q̃ dantur sponse durantibus sponsalibus aut nuptie sunt subsecute aut non. Primo casu aut sunt iocalia magni precij: & tunc non presumuntur donari sed concedi, vt mulier sit venustior.ff.como.l.si vt certo.§. interdum, & ibi no.aut modici valoris: & tunc censentur donata nec repetuntur: vt not.in.d.l.cum inte.&.d.l.penul.§.i. aut nuptie non sunt in sequte: & tunc non videntur data quia inest tacita conditio si matrimonium inde sequatur. ff.de condit. cau.da.l.quod seruus, cum similibus.

XII.

¶ QVERO ex forma statuti tholosani filius lucratus est dotem vxore premortua an tale lucrũ debeat conferri fratribus de hoc statuto loquitur Bar.in.l.nihil.ff.re.amo.&ibi late dixi. sed dic que Bar.in.l.i.C.de bo.que libe.tenet tale lucrum non debere conferri: quia est aduentitium.l.fi.C.eo.& hoc etiam sequitur. Bal.in.d.aut.ex testamento, in xiij. capitulo.

XIII.

¶ QVERO filius fuit institutus in re certa, ad filia dotata debeat ei conferre dotem. Hanc.q. ponit Bald. in aut. ex testamento circa finem, & declaro dicta sua distinguẽdo aut filia dotata fuit vniuersaliter heres instituta a patre, & adijt hereditatem: aut abstinet ab hereditate sola dote contenta. Primo casu aut illa res facit legitimam integram filij perinde acsi dos esset in bonus patris tẽpore mortis: hoc est res illa tantum valet pro legi-

tima filij ficut fi dos nunquam exiſſet bona paterna. Et tunc filia non tenetur ſibi conferre, aut illa res non aſcendit ad legitimã computata dote in bonis patris, & tunc filia tenetur confertur ad legitimam filij ſicut ceteri. ¶Secundo caſu principali, dic ꝙ filia ſe abſtinens a bonis patris non tenet conferre dotem.ff.de coll. do.l. fuit queſtionis que deciſo eſt valde no. hac materia ꝙ heredi inſti tuto filio in re certa nõ fit collatio ſi illa res aſcendat ad legitimã filij, & erit noua declaratio ad no. in.l.quotiens, ſupr. de heredi.inſti.& in.l.ex facto ff.de heredi. inſtit. quod inſtitutus in re certa eſt loco heredis: preterquam quo ad honorem collationis ſibi fiende: quia tunc eſt loco legatarij ſi habeat ſuam legitimam in illa re quod perpetuo tene menti. vnum etiam no. perpetuo quod filius agens ad ſupplementum legitime non tenetur conferre heredi vniuerſaliter inſtituto ex aſſe. ita dicit elegãter. Bal.in.l.illam.in verſi.de mino.no.C.eo. de ti, quo tamen vide Bar.& Alex.in.l.in quartam.ff.ad.l.falci.

XIIII.

¶QVERO in regno Francie ſi contingat regem habere plures filios: primo genitus eſt delphinus, & habet delphinatum ſi poſtea rex decedat teſtatus & diſtribuat regnum inter liberos: an primogenitus qui eſt futurus rex teneatur conferre ius primogeniture. dicit Bal. no. in dicta aut. ex teſtamento ꝙ non: quia talia ſunt indiuiſibilia inter fratres: ideo conferri non poſſunt: imo ſemper debent primogenito reſeruari. argu.ff.famil.hercif.l. quedam mulier, & i.c. licet deuoto. vij.q.i.c. quam

periculosum, credo tamen ꝙ alij fratres debent in aliquo compensari, vt inter eos seruetur pax & equalitas que est materia pacis. l. cum pater. §. euictis. ff. de lega. ij. & l. cum oportet in princ. & §. sin autem res. C. de bo. que lib. & add. bo. tex. in l. cum multa. C. de bo. que lib. vbi datum a rege filio suo cẽsetur castrensi peculium: & ideo non confertur iuncta. l. pe. C. de do. inter vi. & vxo.

XV.

¶ QVID de filio mercatore, qui post mortem patris in eodem actu perseuerat: an teneatur conferre lucrum factũ mortuo patre. vide Bart. in aut. ex testamento, in fi.

XVI.

¶ QVERO an donatio causa mortis debeat conferri. dic ꝙ non. casus est in. l. pe. cum glo. ff. de collat. bono. ratio. quia quesita post obitum illius de cuius successione agitur non conferuntur. l. ea demũ, &. l. si donat. C. eo. & l. i. §. si ab ipso. ff. eo ti.

XVII.

¶ QVERO dixi supra ꝙ donatio simplex facta filio in potestate confertur secundum communem opinionem, quid de fructibus quos percipit filius ex re sibi donante in vita patris: an debeat illos conferre, quia finguntur fuisse sui in vita donatis, & confirmatio que fit per mortem patris retrotrahitur quoad fructus rei donate, vt tenet glo. not. in. l. donationes quas parentes. C. de donat. inter virum & vxorem. Reperio aliquos modernos in aut. ex testamento, in fi. dixisse ꝙ tales fructus debent conferri quia tales fructus finguntur quesiti filio in vita patris.

Confirmo hanc opi. quia profectitia hodie conferuntur. l. fi. C. eo. sed tales fructus sunt profectitij: quia ex re patris percepti attento ꝙ donatio quo ad dominium non valet in vita patris. ff. de vsuf. l. ex re. & l. quod fructuarius. ff. de acqui. re. do. ergo debent conferri tanquam profectitij, & ad hoc faciunt no. per doct. in l. fi. C. eo. vbi concludunt communiter ꝙ emancipatus debet cōferre fructus aduentitiorum: quia si esset in potestate illa essent quesita patri: ergo multomagis in filio ī potestate hoc debet dici de fructibus ꝓfectitiorum: ad quod facit optime. l. si creditores in ratione sui. ff. de bo. separa.

XVIII.

¶ QVERO an filius computet sibi in legitimam expensas studij quas facit pater in vita. videtur ꝙ non nec teneatur conferre. arg. ff. de colla. bo. l. i. §. confertur econtra videtur quod sic. C. de colla. aut. quod locum. Pe. de bel. perti. ī. l. pactum, quod dotali. C. eo. dicit ꝙ si filius dolo expendit: puta meretrinando vel in ludo conferre tenetur: quia dolo desiit possidere. idem si lata culpa. Si vero leui culpa non tenetur conferre dicto. §. confertur. Cy. in. d. l. pactum, dicit ꝙ filius scolaris missus a patre ad studium non tenetur conferre. ar. l. si filia. §. ne totius. ff. famil. hercis. & l. i. §. sed an id ff. de colla. bo. & ibi per Dy. Bar. vero, in. l. i. §. nec castrense, in. iiij. col. ff. eo. distinguit: aut apud patrem nihil erat de bonis filij, & tunc pater videtur illud donasse: nec venit conferendum. l. que pater. ff. fami. hercis. l. fi. ff. de peti. heredi. Si vero pater esset legitimus administrator bonorum filij vel

penes patrem eſſ et pecunia caſtrenſis vel quaſi caſtrenſis peculij filij tunc in dubio debet preſumi pecunia miſſa de bonis filij. l. neſennius. ff. de nego.geſ.& ſic inſpecta iſta opi. talis pecunia nunquam eſt conferenda quia videtur de bonis filij miſſa : vel a patre donata Bal. vero in aut. ex teſtamento.in.xv.capitulo dicit tales expenſas non debere imputari filio in legitimam quia non extant.Sed in.l.pactum dotali.in. xi.q.tenet.contrarium ꝙ filius tales expenſas debet imputare in legitimam quia hoc videtur facite actum. argumen. l.cum quo.§.fi. ff. ad falcidi. Sed conſidera. ꝙ Bal. in.l.pactum dotali loquitur quando filius accepta pecunia ſtudij cauſa renunciauit bonis paternis: tunc enim videtur actum tacite ꝙ illa pecunia in legitima computetur.Si vero non renunciauit bonis paternis ſed tantummodo pater ei dedit pecuniam pro ſtudio tunc procedunt predicta dicta Bar.& Bal.ideo conclude aut filius accepta pecunia a patre pro ſtudendo renunciauit bonis paternis cum iuramento : & tunc teneo opi. Bal. in. l. pactum.quod talis pecunia ſibi computetur : quia hoc tacite videtur actum propter renunciationem nec teneo in hoc diſtinctionem Pe. & Cy. aut filius non renunciauit ſed pater ei ſtudenti ſubminiſtrauit neceſſaria pro ſtudio tunc dic non imputari per.l.que patet.ff.fami.herci.nec conferri quia conferre nil aliud eſt quam in commune ponere. illa autem pecunia que eſt conſumpta non poteſt communicari:& ideo dico ꝙ ſi filius parſimoniſauit in ſtudio & non expendit omnem pecuniam miſſam a patre ſicut faciunt pleriꝗ aluernigene:

D

tunc talis pecunia esset conferenda: quia est profectitia: & vt inter fratres equalitas seruetur. quod est rationabile, sed illa non est concludens ratio, ꝙ ideo non debet conferri, quia est consumpta cum posset conferri tantundem vel minus accipiendo. l. i. §. confertur. ff. eod. & not. per Bart. in. l. si emancipati, circa fi. C. eod. si vera ratio est quam ponit text. in. l. que pater, supr. alleg. quia pater non videtur fecisse animo repetendi, sed pietate dnetus: ideo non imputa tenetur, nec confertur. Sed si pater dedit pecuniam filio pro studio vel libris emendis & filius consumpsit ludendo, vel meretricando: tunc Bart. in aut. quod locum. C. eod. tenet ꝙ debet in partem imputari & conferri, quia perdidit culpa sua. l. i. §. confertur, &. l. ij. §. de illis. ff. eod. ibi bo. glo. sed Paul. de cast. in aut. quod locum. tenet opi. Cy. supra relatam: & etiam Rapha. Fulgo. dicens ꝙ filius scolaris pecuniam consumptam non tenetur conferre do. Alex. ibi tenet opi. Bart. ibi ꝙ debeat conferri per rationem autenti. quod locum & hanc opi. firmat ibi Bal. & in auten. contra rogatus. C. ad trebel. ista opi. videtur vera, quia pater tradendo pecuniam filio videtur illam dare sub conditione si filius illam expendat in necessarijs studij: si ergo esset conditio, pecunia remanet in bonis patris, & sic censetur profectitia, merito filius tenetur de culpa. dicto §. confertur, &. l. ij. §. de illis ff. eod. & sic debet imputari & conferri, & hanc considerationem in simili facit Angel. in. l. filie licet, in. ij. col. C. eod. tit. vbi idem dicit de libris missis filio, quia si filius remansit miser ignarus videtur reuocata dona-

io:& hanc opi. tenet Bald. in aut. si captiui. de Episco. & cleri. & in.l. scimus, in princi. C.de inofficc.testament.faciunt no. per Bal.in.ij.§.i. ff. solu.matr. & in.l.i.§.ius naturale. ff. de iusti. & iur. & per Rapha.comment. in concilio mihi. ccxxvi. & domi.Alexand.in auten. contra rogatus. C.ad trebel.& Angel.in.l. pater.ff.de euictio, vbi etiam tangit, quid si pater dedit in vita filio pecuniam pro sua parte:& filius illam lusit: an debeat imputari sibi.de quo etiam per Alexan.in.l.si cum dotem.§.i.ff. solut. matri.Et si filia dotem sibi datam a patre consumpsit malo more: an debeat iterum dotari.

Concludit Baldus, & Paulus de castro, & Are. in.d.auten. quod locum quod si filia culpa sua lata vel leui illam perdidit non debet iterum dotari, alias secus finito tamen primo matrimonio, quia illo durante non debet redotari, etiam si sine culpa sua perdiderit. Et an ea que dicta sunt in donatione facta doctori procedant in filio licentiati. Baldus, in.l. i.ff.solu. matri. tenet ꝙ sic, de quo vide Bald.in aut.habita.C.ne fi.pro patre, in octaua col. & in lege Sedet reprobari. ff.de excusa.tu.& in.l.penul.ff. de testamen. milit.& Domi. in prohe. libr. vi. Ludoui. Roma. in concilio cccxxxiij. Vnum tamen tenebis menti ꝙ in casibus in quibus filius tenetur conferre libros potest illos retinere & extimationem conferre, secundum Saly. in.l.filie.C.famil.hercis. sequitur Alexan. in dicta lege si donatione, in fine.C.de collationibus.

XIX.

¶ QVERO an ius petendi collationem fieri transeat ad heredem dic ꝙ si hereditas fuit addita ab herede:tunc transmittit ad heredes ius petendi collationem fieri.l.i.§.ibidem.& ibi no.ff.de colla. bono.&.l.si maritus.C.e.idem dic si hereditas nõ fuit addita:tamen ex capite suitatis fuit transmissa ad heredes iuxta.l.si fratris cum sua materia.C. de iu.delibe.&.l.i.C.de his que ante aper.tabu.Si vero hereditas non fuit addita nec transmissa ex capite suitatis : sed ex capite consanguinitatis tunc non transmittitur ius conferendi ad heredes secundum modernos in.d.l.si maritus. & quod dixi de collatione transmittenda actiue ad heredes idem dic de collatione passiua vt heres cogatur conferre.l. cum emancipati in prin. ff. eo. ti. Ex predictis potes inferre ꝙ tum ius conferendi sit transmissibile ad heredes : ita etiam erit cessibile quia transmissibilia sunt cessibilia.l. & pluribus.ff.de admi.tu.

XX.

¶ QVERO si ascendens succedat descendenti : an habeat locum colla.hanc.q. monet Ange.in.l.vt liberis.in fi.C.eo.titu. & concludit ꝙ sic : quia adequata est successio ascendentium quo ad descendentes.l. nam & si parentibus.ff. de inoffi.testa.& no.in aut.nouissima.C.de inof. testa. que decisio videtur dubia quia ista materia collationis est exorbitans a regulis iuris communis: ideo non licet fine.l.loqui.l.illam.C. de colla. Sed nulla.l.hoc dicit expresse : ergo &c. & ideo Bal. in.l.si emancipati.C.eo.in.i.col.versi.ex predictis.

tenet contra & bene. et ante eum hoc tenuit Ia. de rauen.in.d.l.si emancipati & Cy. ibi in fin. licet Bal.de eis mentionem non faciat.facit.l.i.cum glo.fi.C.de legi.heredi.& Bar.hoc tenet in. l. pater.ff.de colla.do.sequimur Fulgo.Pau.d.cas. Ludouici.ro.&.d.Alex.in.d.l.si emancipati in.ij.col. & Bal.in.l.quoniam nouella.in.i.col.C. de inoffi. testa.

XXI.

¶ QVERO filius liberatus est a patria potestate per dignitatem.de quo no.in.l.fi.C.de decurio.li.x.an tenebitur conferre sicut si esset emancipatus. Videtur ꝙ sic per.l.liberos. C. de colla. & ibi Bar.Bal. & Alexan. dicunt ꝙ quomodocunque quis efficiatur sui iuris tanquam emancipatus conferre tenetur. Sed ille tex. hoc non probat: quia loquitur de emancipato per rescriptum de quo in. l.inbemus.&.l.fin.C.de emanci. libero. nō autem de eo qui per dignitatem est effectus sui iuris.Nec repecitur iure cautum ꝙ talis minus succedat patri sicut si non esset adeptus dignitatem: licet secus in emancipato secundum iura antiqua. Qui ideo tenebatur conferre quia faciebat iniuriam suo: vt declarant doc.in.l.si emancipati.C. eo. ex quo videtur dici posse ꝙ datum filio post talem dignitatem adepta uon est conferendum licet secus in emancipato.C.eod.l.vt liberis.§.fi.& facit ad premissa rō.l.illam.C. eo. ti.

XXII.

¶ QVERO an filius vel filia teneatur confere expensas factas in nuptijs ipsius filij aut filie Bal.in autenti. ex testamento. penul.col. videtur

tenere ꝙ non, quia pertinent ad onus patris, vt no. in.l. qui origene. ff. ad municipa. & idem in effectu tenet Barto.in.l.i.§. nec castrense in.iij.col. versiculo, vlterius quero. ff. de collat. bono. subijciens ꝙ si alter ex fratribus post mortem patris vult de communi facere similes expẽ. non potest nisi a patre hoc fuisset dictum in testamento.l. iij.§.fin. de mu.& ho.vbi glo.tangit.

XXIII.

¶ QVERO pater habens filium vel filiam dedit dotem filie vel donationem propter nuptias filio: postea ex isto matrimonio fuit procreatus nepos, aut neptis: & iterum auus illis nepotibus dedit dotem, vel propter nuptias donationem, moritur filius viuo patre suo, & sic nepos intrat locum filij: demum moritur auus relictis alijs filijs & nepotibus ex filio premortuo, certum est ꝙ nepotes succedentes cum patruis tenentur conferre dotes datas eorum genitoribus per. l. illam. C. eo. Sed an etiam teneantur conferre dotes proprias eis datas ab auo vel auia de cuius hereditate agitur. glo. in illa. l. illam. ponit. q. & concludit quod sic hodie per. l. vt liberis. C. eod. que mihi facit secundum doct. quia ibi loquitur de collatione facienda inter se. non autem de collatione facienda a nepotibus ipsis patruis. Et ideo glo. videtur notare contrarium in. l. i.§. si sit nepos. ff. de colla.do.Bart.in.d.l. illam, non decidit: sed remittit ad no.in.l. si emancipati, & ibi Barto. dicit aut est vnus nepos vel vna neptis tantum ex filio premortuo, & tunc non conferunt patruis suis do-

tes eisdem datas : nec nepotibus ex alio filio defuncto.l.i.§. si sit nepos.ff. de collatio.do.aut sunt plures nepotes, tunc aut omnes sunt emancipati tunc conferunt patruis suis.ff.de collationibus bono.l.nepotes.Si vero isti nepotes sunt diuerse conditionis : puta vnus in potestate, alius non exemplum erat neptis dotata & nepos cui nil erat datum, tunc illa que potest cogi ad collationem non confert patruis sed bene fratri suo.l.i.§.si sit nepos. ff.de collatio. dotis, & ibi Bart. idem dicit in effectu.Bal.vero, in dicta.l. illam:in fi.dicit ꝙ sicut talis neptis cōputat dotem propriam in legitimam l.quoniam nouella.C.de inoffi.testamē. ita etiam tenetur conferre per regulam.l. illud. C.eod.& sic vides quod dicit contrarium eius quod dicit Bartolus in. l. si emancipati, ex quo habes ꝙ ista neptis tenetur conferre duas dotes : scilicet materna & propriam : & etiam quando sunt plures nepotes succedentes cum patruo. Baldus tenet ꝙ neptis dotato tenetur conferre vtriꝗ, scilicet patruo ratione equalitatis seruande, & sorori, quia fecit ei partem per concursum. Et ante Bald. idem vult Cy. in dicta lege illam. Angel. vero ibi dicit istum casum decidi subtiliter in. l. i.§. si sit. ff. de collationibus dotis, iuncta lege si nepotes. ff. de collationibus bono. scilicet quod si sunt plures nepotes ex diuersis filijs premortuis : qui succedunt auo vna cum patruis, tunc tenentur conferre patruo:& etiam inter se.

Si vero sit vnus nepos ex filio qui succedit cum patruis tenetur conferre patruis.

Si autem sint duo nepotis ex vno filio & vnus tantum potest ad collationem vrgeri tunc tenetur conferre fratri suo:sed non patruo , quia si ille qui debet conferre nonvocaretur ad hereditatem portio sua daretur fratri & non patruo . Sed si omnes nepotes possunt ad collationem vrgeri , tunc habentur loco vnius & tunc conferunt patruis suis sicut quando est vnus tantum, & sic intelligitur.l. si nepotes.ff.de colla.bo.secundum Ange.& sic vides quod Ange.in aliquibus discrepat opi.Bart.& in aliquibus conuenit.Ex predictis sume vnā conclusionem practicabilem : ꝙ si soli nepotes succedunt auo.tunc debent conferre dotes proprias:sed non datas eorum genitoribus : quia ille reperiuntur in bonis suorum patrum , & ipsi nepotes non veniunt ex persona patris vel matris sed ex ꝓpria persona . Si vero nepotes succedunt cum patruis tunc debent conferre dotes paternas & donationes propter nuptias : & etiam proprias secundum varias opi. doc.de quibus latius rnfra dicet. & pro hoc facit.l.vt liberis,supr.eo.ibi pro filio filiave nepote vel nepte . licet doct . dicant illam.l. hoc non probare,& no. vnum ꝙ.l.illam loquitur de nepotibus ex filia qui contendunt succedere auo materno cum materteris vel auunculus,vel de nepotibus ex filio vel filia qui volunt succedere auie paterne cum patruis vel amitis: Sed non loqūitur de nepotibus ex filio succedere volentibus auo paterno cum patruis secundū ꝙ doc. summant illam l.preterea illa.l. loquitur de illis nepotibus qui succedere debeant cum diminutione tertie partis quod non erat in nepotibus succedeñ. auo pater-

no, & ista erit vna noua conclusio in hac materia ꝙ nepotes descendentes ex filio premortuo succedentes auo paterno:non tenentur conferre patruis donationem propter nuptias factam patri eorum. Sed redeundo ad.q.principalem cum opi.Bar.transeunt Fulgo. Pau.de ca.& Ludo.Roma. in.d.l.illam per.d.§.si sit,& do.Alexan.dicit ita tenendum & respondere ad rationem Bal.&Cy.que est equalitatis seruãde quia dicit Alex. ꝙ in proposito ista inequalitatis toleratur quando non sit iniuria patruo secundum distinctionem Bart. non enim est istud absurdum,vt in.l.i.§.penul.ff.de coniungen. cum emanci.libe.vbi si erit vnus ex patruis emancipatus,& alius in potestate, & duo nepotes ex filio emancipato premortuo : quorum nepotum alter erat in potestate aui,& alius emancipatus.certe ille patruus emancipatus tenetur conferre illis duobus nepotibus:& tamen nepos emancipatus non confert patruo: sed tantum fratri suo cui facit iniuriam succedendo.l.i.in fi.ff.de coniungen.cũ emancipat. libe. & sic videns communem opi. doc. esse cum opi. Bart. & vno solo casu esset vera opinio glo. scilicet quando omnes nepotes essent emancipati.Tamen do.Lancelo. Decius in.d.l.illam in.ij. col.dicit in stricta disputatione opi.glo. posse sustineri per.l.vt liberis in ratione sui que.l.licet loquatur in casu suo : tamen propter rationem scriptam in.l.illa que est vt equalitas seruetur potest extẽdi ad casum nostrum,arg.glo.in cle.i. de elect.sed tenet con.opi.Bar.quia satis seruatur equalitas si nepotes conferunt patruis dotes patris eorum.

XXIIII.

¶ QVERO an nepotes vel pronepotes succedentes auo vel pro auo cum patruis teneantur conferre dotes vel propter nuptias donationes eis datas: non dico ab auo vt in.q. precedenti: sed a patre ipsorum vel matre quando tractatur de successione aui glo. in.d.l. illam ponit duas opi. tene primam ꝙ non tenentur conferre: quia non debet conferre nisi dos profectitia hoc profecta ex bonis illius de cuius hereditate agitur.l.vt liberis. C. eo. & ita communiter tenent doc.in. d.l. illam & Bar.in.l.i.§.si sit.ff.de col.do. & idem in effectu voluit Bar.in quartam vlti. col.ff.ad.l. falci.

XXV.

¶ QVERO pater instituit filium suum & etiam nepotem ex filio heredes suos equis portionibus an inter istos collatio locum habeat. Ange. no. in. l. illam inf.i.C. de colla. dicit ꝙ non quia nepos iste tanquam extraneus inuitatur: cum ab intestato nullomodo esset successurus vbi filius eum precedat. Sed inter filium & extraneum institutum non habet locum collatio.l. fi. C. con. vtriusque iudi.& sup. dixi in princ. huius operis quam decisionem.no.vt tene menti. & dic ꝙ Sal. hoc expresse firmat in.l.si emancipati.in.vi.oppo. C.eo.plus dicens ꝙ si pater instituat filium in legitima: & plurales nepotes ex eo instituit heredes vniuersales inter istos nepotes non habet locum collatio: quia vbi pater eos predit habentur vt extranei inter quos cessat collatio vt predixi. quod no. perpetuo secundum Saly. & Pau.de cas. ibi quos sequitur do. Alex. respondendo plus dicens ꝙ si ex forma statuti filia excluditur a suc-

cessione intestati, tunc si pater illam instituat cum aliis filiis non habebit locum collatio cum ea: quia ei non debetur legitima que est tertia partis ab intestato debite. & hoc tenet Bal. in. l. maximũ vitiũ. col. fi. C. de libe. prete. Bar. in. l. fi. ff. ad tertu.

XXVI.

¶ QVERO pater habens duos filios dotauit neptem ex altero istorum filiorum si isti duo filii succedant auo an teneantur conferre ille qui habet filiam dota tam dotem filie sue datam ab auo: dic ꝙ non si illa dos est adhuc penes maritum istius filie. si vero sit reuersa ad istum filium tunc tenetur conferre textus est. in. l. dedit dotem. ff. de collatio. bo. secundum Ange. in. l. illam. in fi. plus dicunt ibi moderniores perusiui: ꝙ ista neptis succedens auo non teneretur conferre dotem sibi datam contemplatione patris sui vel matris: quia tunc ista dos censetur prius data filio vel filie: & ab eis profecta ad neptem: & sic quo ad filium censetur donatio simplex que non confertur regulariter. l. illud. §. fi. C. eo. & no. in aut. ex testõ. eo. tit. & sup. dictum fuit.

XXVII.

¶ QVERO de. q. quotidiana. Pater tradet filio magnã pecuniã: filius cum illa pecunia multa superlucratus est: an tale lucrũ veniat cõferendũ fratribus vel cõicandũ glo. in. l. cũ oportet in prin. inf. de bo. q̃ li. et insti. per quas personas no. acq. in prin. tenet ꝙ sic quia est profectitium. idem tenet Ia. bu. quam sequitur spe. in ti. de iudi. Bar. in. d. l. cum oportet. & in. l. i. §. sed nec castrense. ff. eo. ti. & Bar. in suo trac. de duo. fratri. & in concilio incipieñ. crucia tellus. & in lege si tibi. §. si

pactus.ff.de pact.& in.l.illud.C.eo.tit. tenet q̄ medietas lucri debet attribui pecunie : & sic illud est communicandum tanquam profectitium,alia medietas debet dari filio pro labore suo tanquam aduentitium. Et aduerte quia Bar.loquitur in.l.illud quando est consuetudo in aliqua regione q̄ institores mercantes cum pecunia aliena habeant medietatem lucri pro labore : & ideo nimis velociter fuit reprehensus à Bal. in aut. ex testamento. C. eo. & in.d.l.cum oportet.C.de bo.quę libe.& in.l. omnimodo.§.imputari. C. de inoffi. testa.in vlti. col.Sed do.Io.de imo. & Alex.in.l.iij. ff.ad falcid. dicunt q̄ lucrum factum a filio cum pecunia patris dicitur aduentitium inspecta potius industria filij quam pecunia per illum text.& quod tale lucrum sit aduentitium do. bo.text.in.l. postulante §.i.l.fi.ff. ad trebel. Sed in contrarium videtur casus ex re.ff.de vsuff. & ibi Ange. per illum tex.tenet illud lucrum dici profectitium : Sed ad illum tex. alias consulendo dicebam q̄ licet tale lucrum dicatur procedere ex re patris: vt ibi probat tex.in fermo fructuario: tamen non negat quinetiam dicatut procedere ex opera filij. Et hoc etiam dicit Bart.cum dicat tale lucrum esse partim ꝓfectitium & partim aduentitium ratione opere.Et ideo licet Bal.in locis predictis,& Bal. & Saly.in.l. certū.C. famil.hercis.& in.l.i.in.xi.q.C.pro socio.&Ange. in conci.83. incipiente pater habens plurales filios dicant in his esse inspiciendam industriam filij: an sit dignus tanto lucro vel non : credo Bart. etiam idem sensisse in.l.illud.C.eo.& in.l.i.§. nec castrense,in.iij.col.ff. de colla.bono. dum loquitur stante

coufuetudine terre ꝙ factores fiue inftitores habeant medietatem lucri. Si vero ceffaret illa confuetudo tunc puto recurrendum ad induftriam filij, quia labor & premium debent commenfurari. l.feyo.§.medico. ff. de annu.lega. &.l. vnica. C.de fuffra.cum ibi no.per glo.& doct.

XXVIII.

¶ QVERO pater expendit magnam pecuniam vt emeret vel aliter acquireret dignitatem filio fuo vel vnum feudum fiue caftrum,aut vnum officium, aut gradum doctoratus qua omnia continentur fub appellatione militie.l. omnimodo.§. imputari, & ibi late Bal.C. de inoffi.tefta. &.l.i.§. fed an id, &.§. fed nec caftrenfe. ff. de colla. bo. & ibi Bar.& in.l.pe. & ibi do.Alex.& Lancelo.C.eo. tit.an filius debeat iftam expenfam vel feudũ conferre fratribus. Et certe illa militia que coheret perfone,nec poteft communicari vt eft doctoratus vel officium illud tale non poteft conferri feu in commune poni.Sed eius eftimatio vel pecunia expenfa pro tali gradu doctoris vel licentiati:aut pro officio regio. aut alio confequendo bene poffet cõmunicari: tamen dic ꝙ tales militie que non poffunt ad heredes tranfmitti nec vendi:licite non debent conferri nec earum eftima aut expenfa facta pro eis a patre.d.§.fed an id,&.d.§. imputari.Si vero fit talis militia que poteft ad heredes tranfmitti vt eft feudum caftrum baronia & fimilia: tunc debet eftimari quantum valet illud feudum, & quãtum vendi poffet tempore mortis patris nulla habita confideratione ad operam vel induftriam filij quia quandoq; vnũ caftrum, vel feudum ma-

gis valet inter manus vnius quam alterius hoc nō debet attendi sed solū estimari ipsum feudū nudū & solū: & tunc debet conferri illa estimatio casus est.in.d.l.illud in princi. iuncta glo.&.d. Alex.C. eo.habito respectu ad tempus mortis patris quantum vendi posset illud feudum & hec est cōis opi. licet Bal.aliter senserit in.l. si emancipati. circa fi. C.eo.debet tamen de illa estima deduci onus coherens ipsi militie & vsque ad quantitatē oneris cessat collo secundum Bar.& doc.limita tamē predicta procedere in feudis in quibus versatur persone exercitiū: & q̄ acquiruntur filio in vita patris; quia tunc debent cōferri per modū predictū: si vero essent feuda vel militia in qua nullum esset persone exercitiū: tunc quia talis donatio facta a patre indigeret confirmatione per mortē tunc nō deberet cōferri: & idem si filio aquiratur feudum vel emphitheosis post mortē patris:ita declaratio. Bar.in.l.i.§.nec castrense.in.iij.&.v.col.ff.de colla. bo.& vide de hoc Bal.in.l.omnimodo.§. imputari C.de inoffi.testa.fallit in filio silentiario cui pater emit militiam quia non tenetur cōferre estimationem illius.l.fi.C.de silen.li.xij. quod no. p secretarijs huius regni qui sunt loco silentiariorum:& quod dixi de feudo intellige q feudum conferretur per estimationem illius non autem ipsum feudum communicabitur in fratres: quia hoc esse nō posset sine consensu domini directi.ff. con.di.l. cōi diuidundo.in prin.& per Are.late.in.l.ij.in princ. ff.solut.ma.& idem dicas de illa militia que potest vendi & ad heredes transmitti:vt sunt militie carcerum que quādoque alicui venduntur pro se &

ſuis heredibus vt recipiat aliquid a quolibet incarcerato vt ſit in ciuitate nemauſ.vbi vendũtur emolumenta carcerum:& tũc de tali militia exempta a patre debet fieri collatio.

XXIX.

¶ QVERO filiusfamilias habuit a patre amplisſimã donationẽ ſimplicẽ filia vero dotẽ ſatis exiſtiguã:mortuus eſt pater inſtitutis iſtis duobus:filius nõ curat petere vt ſoror cõferat ne ipſe ad collationẽ cogatur: an ſoror poterit ipſum cõpellere ad collationẽ offerẽdo ex parte ſua cõferre Ange.ponit hãc.q.in.l. illud. in fi. C. eo. & tenet quod ſoror poterit ipſum cogere ad conferendũ vt ſeruertur equalis in modo cogẽdi:ſicut ſeruatur in modo cõferendi.Cõtra tenet Pau.de caſ. ibi per.l. fi.ff.de collatio.do.in rationẽ ſui vbi filia que abſtinet ab hereditate patris nõ cogitur cõferre: ergo a ſimili ille que abſtinet a cogẽdo cõferre non debet cogi ad collationem. Confirmatur iſta opi. quia tex. in. d. l. illud .§. ad hec fundat ſe ex eo: quia habẽs dotẽ cogitur cõferre:nõ dicit tex.cogi poteſt:ergo ſi nõ cogatur cõferre dotem nõ debet alius cogi cõferre donationẽ ſimplicem quaſi hoc fuerit ſtatutũ fauore illius qui cogitur cõferre dotẽ vel ꝓpter nuptias donationẽ do.Alex.tenet opi.Ange.& reſpõdet ad.l.fi.ff.de coll.do. quia ibi filia in totũ abſtinebat ab hereditate patris:ſed in. q.Ang.filius bñ volebat ſuccedere:ego dico quod licet auctoritas Ang.ſit magna:tñ opi.Pau.de caſ. eſt verior:quia regula eſt quod donatio ſimplex non confertur a filio in poteſtate vt dictũ eſt ſup. niſi in caſu.l.illud.§.fi. qui caſus nõ eſt ille de quo

loquitur Ange.ergo ſtabimus regule.quia tex.dicit ad ſimilitudinem eius que dotem conferre cogitur: ſed vbi non cogitur: tunc non eſt locus dicto .§. fi. l. illud cogita tamen quia. q. eſt no. digna.

XXX.

¶ QVERO filio emancipato eſt facta donatio ſimplex que ſine dubio debet conferri. l. vt liberis.§.fi. C. de colla. & filio in poteſtate etiam fuit facta ſimplex donatio: an filius in poteſtate teneatur illam conferre: videtur quod non quia.l.non cauetur.l.illam.C.eo.nec obſtat.l.illud .§.ad hec.C.eo.ti.vbi donatio ſimplex tunc debet conferri quando alias inſurgeret inequalitas: ſed hic eſt huiuſmodi.ergo &c. quia ille tex. loquitur quando ab vno liberorum fit collatio dotis vel donationis propter nuptias: & ab alio ſimplicis donationis. ſed hic in caſu noſtro hincinde erat ſimplex donatio: ideo cum non reperiatur deciſum ꝙ filius in poteſtate conferat donationem ſimplicem emancipato: non debemus hoc dicere: quia iſta materia collationis eſt odioſa.d. l. illam. cum ibi no. Et hanc opi. tenet do. Pe. phi.d. corne. in dicta.l. illud. Contrarium tenent ibi Rapha. Fulgo. Pau.de caſt. Et do. Alexan. per tex. d.l.illud.§.ad hec.ibi ne iniuſtum aliquod oriatur & iſta opi.eſt equa. Sed precedens forte eſt verior de iure: quia filius emancipatus facit iniuriam ſuo ſuccedendo vt dicunt doc. in.l. ſi emancipati. C.eo. ideo nimirum ſi plus grauetur in collatione quam filius in poteſtate. l. filie.C. eo. & ſup. dictum eſt. Confirmo hanc opi.quia regula iuris

antiqui. de simplici donatione non conferenda non habebat locum nisi in filio in potestate: quia emancipatus tenetur omnia etiam aduentitia conferre.ff.de collatio. bono.l.i. in princ. sed dicta regula non habet nisi duas exceptiones. Prima quando vnus ex liberis confert dotem vel donationem propter nuptias. Secunda quando hoc fuit expresse dictum: ergo non debemus addere casum: scilicet quando filius emancipatus confert donationem simplicem. iste enim casus videtur obmissus in dicta.l.illud.§.fi.ergo manet in dispositione iuris antiqui.l. sancimus.C. de testamen.l. si cum dotem in prin.&.l.si vero.§.de viro.ff.solu. ma.&.l. commodissime.ff. de libe.& posthu. cum similibus.

XXXI.

¶ QVERO post mortem patris duo fratres permanserunt in communi conuictu.vnus eorum habebat multa bona alia quam paterna & vberes redditus quis consumpsit in communi vita: nunc isti fratres volunt se separare & diuidere eorum bona: ille qui expendit fructus suos vult illos recuperare a fratre saltem pro portione sua & sue familie queritur an possit: & quia ista questio est frequens & contingit inter fratres de collatione bonorum & diuisione tractantes: ideo hic inserendam esse statim dicit Bal.in.l.fi.C. de collatio. ꝙ iste frater nihil potest petere quia ex illa communi consumptione fructuum videtur esse inita tacita societas simul viuendi & fructus communiter consumpti non possunt repeti.c. ij. de fratribus

de no. benefi. inuesti. in vsib. feudo. & cum hac opi. transit Fulgo. & ro. in. d.fi. dicentes hoc esse menti tenendum. Ange. vero ibi dicit dictum. c. ij. parum facere. & distinguit aut isti fratres permixtim & permiscue consumpserunt eorum fructus: & sic videntur inuicem communicasse ipsos fructus: ideo id quod est consumptum non est refundendum. ar. no. in. l. i. C. pro so. aut non permiscuerunt eorum fructus: imo quilibet recollegebat ad partem suos: tunc aut impensa est magna & non videtur donata. ff. si cer. pe. l. cum quid. & ibi glo. & l. vtrum. ff. de dona. inter virum & vxo. an modica: & tunc videtur donata: quia inter coniunctos facile presumitur donatio dicta. l. vtrum. & l. si seruus communis eo. ti. & no. Bar. ff. solu. ma. l. que dotis. & l. ij. §. voluntatem eo. ti. & ista distinctio continet maximam equitatem secundum. d. Io. ba. de sancto seueri. & Lancellotus. d. Alexan. in. d. l. fi. dicit opi. Bal. esse communem & Ange. in. l. ex duobus. ff. de nego. gest. simpliciter transit cum opi. Bal. tamen. d. Alexan. alter distinguit dicens aut ille qui repetit dicit se ideo repetere velle: quia alius habet maiorem familiam & tunc non potest: quia vnusquisque propter illam tacitam societatem tenetur ad sustinendum onera familie pro virili ar. l. si non fuerit. ff. pro socio. & per Bar. in. l. titium & inculum. §. altero. ff. de admin. tu. aut vult repetere ex eo quia dicit se expendisse vltra suam partem virilem: & tunc potest ar. l. socius qui in eo. §. fi. cum. l. seq. ff. pro socio. secus tamen si inter istos esset omnium bonorum societas: quia

tunc nil poteſt repeti : & tunc procedit ſine dubio opi.Bal.ff.pro ſoc.l.ſi filius pro filia.cum glo.i. & de hac.q.vide do. Alexan.concil.xxvij.in quarto volumi.Ange.in.§.ſi.inſti.pro ſo. & eundem in §.actionum col.xxx.dum tractat materiam negociorum. geſt. inſti. de act. Pe. de vbal.in trac. ſuo de duobus fra.in.vi.parte.q.xxiij. Pe.de anca.concil.ccciij. circa fi.do. Andre. barba. concil. xxij. in primo volumine. &. xxxvij. in ſecundo. Ludo. Ro.concil.cxlv.& Bal.in.l.filie. ff. fami. hercis. & iudicando non diſcedas ab opi. & Bal.cum limitatione Ange. & dic aut inter iſtos erat omnium bonorum ſocietas : tunc non eſt dubium : aut nõ; ſed tantum ſocietas communis victus tacita : & tunc ſi iſti fratres permiſcebant eorum vina in vno cellario : & grana in eodem horreo : & ſic de ſimilibus : tunc nil poteſt repeti ſecundum Bal. aut licet comederent in vna menſa : tamen vnuſquiſque habebat fructus ſeparatos tunc quia non videtur contracta ſocietas in fructibus diſtinctio. Ange. eſt equa. ſcilicet aut ſumptus eſt magnus aut paruus & aut frater qui expendit erat diues vel pauper ex iſtis enim coniecturis poteſt iudex preſumere donationem vel non : & ex no.in.l. neſennius.ff.de nego.geſt. & per Bal. in.l.ſi patrono.C. de nego. geſt.

XXXII.

¶ QVERO an hodie inter ſuccedentes iure diuerſo habeat locum collatio. Bal.in. l. pater. in penu. col. ff. de collatio.do. tenet ꝙ ſic per aut. ex teſtamento.C. eo. vbi fit collatio quomodocũque

ſuccedatur ſiue ex teſtamento ſiue ab inteſtato & ante eum hoc tenuit Ia. bu.in.l.fi.C.eo. hanc opi. tenet Cy.in.l.ſi emancipati.&.l.vt liberis & Pau. de caſ. ibi & Ludoui. Roma.in dicta. l. ſi emancipati.quia debet ſeruari equalitas inter liberos. C. eo.l.vt liberis. &. l. penulti .§. fi. & diſpoſitio loquens de ſimplicibus extenditur ad caſum mixtum : quando equitas vel benignitas hoc ſuadet. l.ſi ita ſcriptum. ff. de libe. & poſthu. ſicut in caſu noſtro hoc ſuadet equitas propter equalitatem inter liberos ſeruandum : ex quibus inferunt docto. duo . Primo quod.l.pater filiam.ff.de collatio.do. corrigatur per.d.autenti. ex teſtamento. C. eo. & hoc tenet Bart. in dicta. l. pater . Secundo quod ſi vnus ex liberis ſuccedat ab inteſtato de iure ciuili: alius de iure pretorio per vnde liberi tamen. inter eos habebit locum collatio hodie: nec obſtat.l. filium.§.videamus.ff.de contratabu.quia ſecundũ Ludoui. Roma. & dom̃. Alexand. in dicta.l.ſi emancipati.ibi emancipatus petens contratabulas contra extraneum heredem inſtitutum non facit iniuriam ſuo quia vbi filius in poteſtate erat ethere datus & extraneus inſtitutus : vnde emancipatus preteritus contratabulando facit vtilitatem filio exheredato : quia propter bonarum poſ. contratabulas inſtitutus repudiauit : & ſic exheredatio non habuit effectum : ideo non habet locum collatio illo caſu ſecundum eos tamen. Ia.bu.in dicta.l.fi. C. eo. tenet hodie habere locum collationem in caſu.d .§. videamus. & illum.§.hodie corrigitur : quia hodie non inſpicitur illa iniuria:

ſed equalitas attenditur: & ſi bene conſideres in. § videamus. ſit iniuria filio ſuo qui per querelam rupiſſet teſtamentum in totum & ſucceſsiſſet in ſolidum quod non facit quando emancipatus petit per contratabulas quia ſibi aufert partem hereditatis: & ſic hodie ſupereſt ratio iniurie in. d § videamus. ideo habet locum collatio. & iſta eſt magis communis opi. licet Are. in dicta. l. ſi emancipati. aliter dicat reſtringendo communem opinio. in caſu. l. pater. ff. de collatio. do. ſcilicet quando ab initio ſucceden. diuerſo iure ſuccedunt ſolum pro parte ſecus ſi facerent ſibi partes per concurſum.

XXXIII.

¶ QVERO ad ea que dixi ſupra. q. xiij. filia dotata a patre in vncia, & filius in xi. vncijs: filia petit vnciam vel in illa ſegerit pro herede an debeat dotem conferre. Fulgo. in. l. ſi emancipati: dicit aut pater reliquit filie vnciam: ideo quia eam dotauerat: & hoc expreſsit in teſtamento: tunc non tenetur conferre: quia videtur velle ꝙ dos ſit ei precipua. l. emptor. § i. ff. de rei vendi. l. qui volebat. ff. de hered. inſti. aut ſimpliciter eam inſtituit in vncia & tunc debet conferre: & ſibi imputet quare dote contenta non repudiat hereditatem. ff. de col. do. l. fi. & in hoc reſidet ibi do. Alexã. quod eſt notabile. Sed. d. Franc. Aret. in. d. l. ſi emancipati, in. ij. col. tenet ſimpliciterque vbi vnus ex filijs eſt inſtitutus in longe minori portione quam alius, tunc non tenetur conferre per tex. ſingularem in. l. ex parte. § inteſtato. ff. fami. herciſ. & per

§. illud. in aut. de tri. & semis. in verbo equalitatem & ista opi. est multum equa. Vnum tene menti. & no. ꝙ si filij succedunt in vniuerso per fidei commissum ex codicillis non tenentur conferre: quia non succedunt iure directo: ita per multa concludit Are. in. d. l. si emancipati. in. ij. col. quem omnino vide si indigeas. licet Ro. ibi teneat contra & male.

XXXIIII.

¶ QVERO pater instituit filium emancipatum: & alium in potestate existentem preterijt, iste preteritus petit contra tabulas & eius beneficio etiã emancipatus petijt contratabulas & sic succeditur ab intestato quoad effectum. l. vt liberis. C. eo. in verbo contratabulas bo. pos. petita an talis emancipatus deberet conferre suo? videretur ꝙ sic per. d. l. vt liberis, vbi liberi tenentur conferre si succedant ab intestato per contratabulas. Contra tenent glo. & Barto. in. l. i. §. vel maxime. ff. de colla. bono. ratio quia talis emancipatus habet voluntatem patris nec facit iniuriam suo: ideo non tenetur conferre. l. in. §. totiens. ff. de colla. bono. ex quo habes magnam limitationem ad d. l. vt liberis, vt procedat quando preteritus petit contratabulas que non habuit inditum defuncti. secus si fuit institutus & beneficio alterius preteriti petijt contratabulas: tunc enim non tenetur conferre quod no. quia nullus doc. ponit hanc declarationem ad. l. vt liberis hodie tamen secus per aut. ex testamento. C. eod. tit. & de hoc dic latius: vt per glo. & Barto. in. l. i. §. is quoque. ff.

de collatio. bono.

XXXV.

¶ QVERO dixi supra. q. xxviij. ꝙ filius tenetur conferre estimationem militie que potest vendi aut ad heredes transmitti. Sed quid filius lucratur in vita patris ex redditu dicte militie an debent conferre fratribus. Bar. in. l. i. §. nec castrense. in quarta col. versicu. sed quero. tenet ꝙ quicquid filius lucratus est ex illa militia deducta estimatione oneris persone sue, illud tanquam profectitium veniat conferendum quod est no. dignū & magna extentio ad. l. illud. C. eo. sed forte non est vera. quia tex. in di. l. illud. & in. l. omnimodo §. imputari. C. de inoffi. testa. non loquuntur de lucro fructuum prouenientium ex ipsa militia, sed solum de pecunia que potest redigi ex venditione militie tempore mortis patris, & licet tex. ibi primo dicat Occasione militie &c. tamen postea illud declaratur in versi. vt lucrum &c. & cum nulla. l. caueatur tales fructus debere conferri: hoc non est dicendum. l. illam. C. eo. titu. nec obstat ratio Barto. in. di. §. nec castrense. scilicet ꝙ illi fructus censentur quid profectitium. ergo debent conferri: quia talis non est bona consequentia quod patet: quia donatio simplex est quid profectitium, & tamen non confertur. l. illud. §. fi. C. eod. & illa sola profectitia conferuntur que sunt expressa in iure. vt dicit Ange. in. l. illud. sed de istis fructibus non cauetur. l. ergo, &c.

XXXVI.

¶ QVERO si pater in vita aliquid soluit

propter delicta filij an postea in successione ista sint deducenda de portione filij. vide Bar. in.l. sticus de pecu.lega. & Bal. no. distinguentem in.l. omnimodo.§.imputari.C.de inoffi. testamentum & an valeat statutum ꝙ pater teneatur soluere cõdempnationem pro filio saltem vsque ad legitimam. vide glo. no.& ibi Barto. & Ioan. de pla.in rubrica.C.de decre.decu.lib.x.& Pau.de cast. in.l. si filio.el.ij.ff.solu.matri.Speci.in ti.de excu. sen.§. sequitur.versi.quid si filius.Bart.in.l.penul.ff. de libe.agno.post Dy.& Bar. in.l.i.§. si impuberi. in fi. de colla.bo. licet ibi non loquatur de statuto: sed solum an in vita patris posit fieri executio pro legitima filij & Alex.in.l.sepe.ff.de re iudi.

XXXVII.

¶ QVERO pater in vita incepit mittere filium ad studia demum nondum completo studio filij moritur pater: nunquid illud studium debet compleri de communibus bonis inuitis fratribus vide Bar.no.in.l.i.§.nec castrense.in vlti.q. de colla. bono.& Bal.in.l.omnimodo.§.imputari.C. de inoffic. testamentum & eundem Bald. in autenti. ex testamento in quinta col.C. de collatio.

XXXVIII.

¶ QVERO filio familias competebat actio popularis in vita patris quam potest filiusfamilias exercere.l.in factum.ff.de actio.& obligatione facit ratio.l.nam quod in princ. ff.ad trebel. an teatur illam actionem conferre. glo.ponit.q.in.l.ij.§. emãcipatus.ff.de collatio. bono. & dicit ꝙ non etiam si lis fuerit contestata quia eadem ratio est que in

actione iniuriarum : scilicet quia vtraque datur ad vindictam : scilicet actio popularis ad vindictam publicam : actio iniuriarum ad priuatam vindictam Et ex illa glo. no. singulariter ꝙ ille actiones dicuntur tendere ad vindictam : que non prosequuntur rem familiarem . Bar. tamen latius hoc prosequitur.in.l.ij.§.i.ff.vi.bono. rapto. tamen quoad.q. principalem.in.d.§. emancipatus. dicit Bar. ꝙ actio iniuriarum post litem contestatam transit ad heredes : vt.l.si eum.§.qui iniuriarum.ff. si quis cautio. & idem in actione populari.l. si cui.ff. de verbo. signific.& tunc est conferenda. arg. regule posite in l.i.§.si impuberi.ff.de colla.bono. tamen credo opi. glo.in.d.§.emancipatus.esse veriorem de iure : quia ratio.§.emancipatus.non est fundata in litis contestatione vel non contestatione : sed in eo solo ꝙ actio iniuriarum tendit ad vindictam : & idem in popularij : que rationes militant etiam post litem contestatam : & hoc colligo subtiliter ex illo tex.in verbo persecutionem : quod presupponit actionem etiam intentatam & prosequutam non debere conferri : nec obstat.§. si impuberi supra allega. quia dico ꝙ ad hoc vt actio debeat conferri duo sunt necessaria. primo vt actio sit in transmissibilis ad heredes.d.§.si impuberi : secundo ꝙ talis actio sit rei familiaris & pecunie non autem vindicte persequutoria per .§. emancipatus. cogita tamen quia doc. non tangunt.

*Explicit tractatus de Collatio-
nibus æditus per dominum Vita-
lem Nemausen. nouiter im-
pressum. Anno domini
Mil. Quingẽtesimo
Quadragesimo
sexto. Die
penult.
Februarij.*

Ex Prælo Guidonis à Boude-
uille, expensis Arnaldi
de la Borde.